



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 16. Subiacuit ne Christus patiendo, moriendiq[ue] necessitati?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

L I B E R III.

vtriusq; defectibus pœnalibus, non quidem omnibus, sed ijs quos ipsum suscipere decuit, & salutis nostræ expedit: secundū quod & intelligendæ sunt, si quæ scripturæ occurrunt, *Hebr. 4.* quæ eum omnes defectus, præter peccatum assumpsisse asserunt.

Hinc dicere dolorem in carne, & in anima tristitiam veram, passionis tempore Christum non sensisse, à veritate alienum est & hæreticum: non secus ac si dicatur ipsum non hominem verum, sed eius tantum similitudinem assumpsisse.

Hinc verba Hilarij quæ oppositū dicere videntur, sanè intelligēda sunt. *Lib. 10. de Trinit.*

Quos autem defectus pœnales nō coactè assumpsit, sed voluntariè, secundum quandam propassionē, quæ scilicet mens ipsius à rectitudine, & Dei contemplatione eisdem passionibus non sit dimota. *Esai. 55. Matt. 26. Marc. 14. Psal. 87.*

Caput 16.

Subiacuit ne Christus patiendi, moriendiq; necessitati?

**N**on tantum moriendi potestatem, verum & patiendi in anima, & moriendi in corpore, Christus assumpsit necessitatem, *Rom. 8.*

F 4 non



LOCORVM COMMVNIVM  
non quidē aliqua coactione, sed spon-  
tanea voluntate. Nam nec nobis hęc  
necessitas prouenit ex natura, vt pri-  
mō instituta est, sed vt vitiosa est ex  
peccato: quod Christus non habuit.

Acceptit autem de omni statu ho-  
minis aliquid ipse Christus, vt de in-  
nocentiæ statu, peccati immunitatē:  
de statu post peccatū, defectus & per-  
nam: de statu sub gratia, eiusdem ple-  
nitudinē: & de statu gloriæ inpec-  
cabilitatem & dei contemplationem  
perfectam.

### Caput 17.

Quotuplex fuit in Christo uoluntas?

*Ioan. 6.*

*Marc. 14.*

*Matt. 26.*

**S**ecundum duas in Christo natu-  
ras, plures in eo fuisse volunta-  
tes ostenditur: secundum quarū  
alteram à patre petiuit, quod non im-  
petrauit, ac se non impetraturū præ-  
sciuit: neq; secundum alterā voluit.

In eo namq; voluntas diuina erat  
& humana: & hæc vltima duplex: ra-  
tionis scilicet & sensualitatis, secun-  
dum quam pati & mori refugiebat:  
quod tamen secundum diuinam vo-  
luntatē, & rationis humanę volebat.

*Psal. 134.*

Nec tamen per hoc in eo rebellio  
carnis ad spiritum erat vlla, quia nul-  
la concupiscentia. Erat autem in eo  
sensua-

sensuali  
næ ver

Hinc  
necessit  
Quanc  
tione al  
dubitast  
hoc san  
dum du

Meruit

si  
**M**

demptio  
cæt. sibi  
tem, & a  
minis cl  
mæ imp  
à corpor

Hæc a  
in passio  
suæ iniri  
gratiæ &  
ne. Vnde  
tuit, quo  
lūm, qu  
idem sci